

per chartam, & rite evaporatum seponere, quo  
crystalli formentur.

CALX ANTIMONII.

ANTIMONIUM in pulverem redactum ni-  
tri triplo ponderi probe misceatur, & gradatim  
in crucibulum leviter candens immittatur; de-  
inde mixtura ab igne remota aqua abluatur, tum  
a sale adherente, tum a parte crassiori minus  
perfecte calcinata.

CAUSTICUM ANTIMONIALE.

R. Antimonii ꝑ. libram unam,

Mercurii corrosivi sublimati ꝑ. libras duas.

SEPARATIM in pulverem redigantur, probe  
misceantur, & fiat distillatio ex retorta, cujus  
collum amplum sit, leni igne arenæ; quod in  
retortæ collum ascendit, aëri exponendo in li-  
quorem resolvatur.

CINNABARIS ANTIMONII.

Quod in fundo retortæ restat post confectum  
causticum, in matraccio loricato igne aperto sub-  
limetur.

AQUÆ STILLATITIÆ  
SIMPLICES.

AQUA ALEXETERIA

simplex.

R. Foliorum menthæ vulgaris recentium ꝑ. ses-  
quilibram,

Summitatum absinthii maritimi recentium,

D 2.

Folio-

Foliorum angelicæ recentium, singulorum ꝑ.  
libram unam,

Aquæ q. s. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciantur congi tres.

### AQUA SEMINUM ANETHI.

℞. Seminum anethi ꝑ. libram unam,

Aquæ q. s. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

### AQUA CORTICUM AURANTIORUM simplex.

℞. Flavedinis corticum aurantium Hispalen-  
sium recentis ꝑ. uncias quatuor,

Aquæ q. s. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

### AQUA CASTOREI.

℞. Castorei Ruffici ꝑ. unciam unam,

Aquæ q. s. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciantur m. libræ duæ.

### AQUA CINNAMOMI simplex.

℞. Cinnamomi ꝑ. libram unam,

Aquæ q. s. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

### AQUA FOENICULI.

℞. Seminum foeniculi dulcis ꝑ. libram unam,

Aquæ q. s. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

AQUA

AQUA MENTHÆ PIPERITIDIS  
simplex.

- ℞. Foliorum menthæ piperitidis ficcatorum ꝑ. f. sesquilibram,  
Aquæ q. f. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

AQUA MENTHÆ VULGARIS  
simplex.

- ℞. Foliorum menthæ vulgaris ficcatorum ꝑ. f. sesquilibram,  
Aquæ q. f. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

## AQUA PIPERIS JAMAICENSIS.

- ℞. Piperis Jamaicensis ꝑ. libram dimidiam,  
Aquæ q. f. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

AQUA PULEGII  
simplex.

- ℞. Foliorum pulegii ficcatorum ꝑ. f. sesquilibram,  
Aquæ q. f. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

## AQUA ROSARUM DAMASCENARUM.

- ℞. Rosarum Damascenarum recentium ꝑ. libras  
sex,

Aquæ q. f. ad evitandum empyreuma.

DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

## N O T A.

OMNIBUS his aquis, quo melius conserventur, post distillationem addi potest spiritus vinosi tenuioris pars circiter vicefima.

TUM hæc, tum etiam spirituosa, quæ proxime sequuntur aquæ, iisdem fere vasis, ac olea essentialia prius descripta, distillari solent,

Herbæ autem, si primæ bonitatis sint, pondere hic præscripto sumi debent. Ubi recentes præscribuntur, tales adhiberi oportet: quarundam vero aridarum, quoniam omni anni tempore præsto sunt, usum concessimus, etiam si e virentibus paulo elegantiores fierent aquæ. Omnium autem pondera opificis iudicio varianda sunt, quandoeunque recentes loco aridarum adhibeantur, vel sub coelo minus tempestivo viribus imbecilliores herbæ provenerint.

## AQUÆ STILLATITIÆ SPIRITUOSÆ,

ET

## SPIRITUS.

### AQUA ALEXETERIA

Spirituosa.

- ℞. Foliorum menthæ vulgaris recentium ꝑ. libram dimidiam,  
Foliorum angelicæ recentium,  
Summitatum absinthii maritimi recentium,  
singulorum ꝑ. uncias quatuor,

Spiri-